

Et pro certo sciatis, quod in his duobus videlicet in facto Patriarchatus et Imperatoris pendent ea omnia, quae ad honorem vestrum et patriae nostrae in hoc Imperio pertinent. Et modo est necesse, ut haec manuteneatis ad honorem vestrum; quia tempus est, super his providendi.

Unde Nobis appareat, et Consiliis Nostris, quod si vos volueritis mittere a decem galeis, et plus in hoc Imperio, preparatas bene viris prudentibus et devotis hominibus Communis Venetiae, quod vos poteritis manutenere, et gubernare omnes honorantias, quas habetis in Romania. Et haec nimis hoc tempore est necesse, ut Vos et Commune Venetiae super hoc provideatis, et operemini. Data decima intrante Decembbris.

A tergo.

Serenissimo Domino Nostro Duci Venetiae.

IV.

1188.

*Giuramento di Rodolfo de Zoto mantovano fatto cittadino
veneto.*

(Cod. XXXVII, cl. XIV lat. alla Marciana).

In nomine Dñi, et Salvatoris nostri Jesu Christi. Anno Incarnationis ejusdem millesimo centesimo octuagesimo septimo, mense Januarii Ind.^e VI, Rivoalti. Manifestus sum ego quidem Rodulphinus de Zoto, de civitate Mantuae, Vobis dño meo Aureo Maistropetro Dei gratia Venetiae, Dalmatiae atq. Chroatiae ducis, et vestris successorib.: quia pro eo quod me cīm (civem) Venetiae constituisti, sicut continetur in litteris mihi factis vestro sigillo munitis iuravi vobis fidelitatem. Et quod si novero contrarium aliquid Venetiae terrae tentari, bona fide turbabo.

Qui si forte turbare non potero, dabo inde notitiam vo-